



Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Mariae Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Congregationum, quæ Neapoli in Societatis iesu domiciliis habentur,
numeris, earumq[ue] fructus, n. 13

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

ritò miraculis etiam clariuit. Bonifacius à Colle ab Alexandria Galliæ Cisalpinæ Vibe: Paulus Confiliarius Romanus, & Ioannes Petrus Cartara Neapolitanus Episcopus Theatinus, qui Episcopatu reliquo post exactos in ea Religio- ne aliquot annos à Paulo III. in Cardinalium Ordinem electus, & anno 1555. Pontifex Maximus renunciat, Paulus IV. appellari voluit, Catholicae fidei contra Hæreticos acer- ximus propugnator, & Ecclesiasticæ Reforma- tionis, in quam non exiguum operam contu- lit, studiosissimus: quæ omni plenius descri- buntur c. 2. & 9. historiae corundem Clericorum Regularium, quam piè, ac diligenter nuper e- didit generis nobilitate, ac pietate conspicuus, Ioannes Baptista de Tufo ex eodem Ordine ad Episcopatum Aceranum assumptus.

De sodali- tÿs Nea- politanis. 12. Nec solum Senis ex sodalito Virginis consecrato, & Romæ ex sodalitate diuini amo- ris Religiosorum plurimi, & Religionum Fun- dadores prodierunt: sed in Urbe etiam Neapo- li, ubi cum multæ habeantur variis in locis pio- sum hominum sodalitates, vna tamen anno ab hinc nonagesimo est instituta, cui nomen est

De Socie- tate quæ de li bianchi, à linea, & candenti ueste, qua in- vocant de duri procedunt, dum munia sua per Vibem ls bianchi obeunt: eius sodales fuere semper è primarijs, sub insu- & clarissimis viris, siue cum ea laici permixti catione erant Clericis, siue cum ex Iolis (vt nunc ha- Virginis. & et) constat Clericis. Præcipuum est eorum iuvant eos institutum ijs, qui extremo supplicio afficiuntur, qui extre- tur, opportuno solatio monitisque ad id tem- mo suppli- pus idoneis, & consilio, & auxilio praefecto esse; cito affici- eosque ad supplicij locum solemniter ptose- tur. qui, consolari, ac eorum moerorem pro virili Collocant parte leuare, quin etiam eorum familias (vt honeste co- res ita postuler) in fidem suscipiunt, & vxores, quatas reo filias, sorores honesta dote collocant; certos ad id habent redditus, suaque industria consti- tutos, multos etiam qui propter æris alieni dif- ficultatem in custodia detinentur, pecunia cre- ditoriibus persoluta liberant, ad auram popu- latarem vitandam mirum in modum se le ipsi Hecor Pi- occultant.

Hector Pi- gnatellus. Ex eorum numero extitit Hector Pignatellus ex Ius Hippo vulgo Montis Leonis Dux, vir Sodalibus spectatae integratis, & in Neapolitano Reg- Societatem, no inter viimerios, is cum audisset à Hierony- mo Vignes viro integerimo eiusdem Congre- polimeuo gationis sodali, qui nostrorum consuetudine eandam. Patuij vius erat, instituti nostri rationem ad

Christianæ rei propagationem in primis vi- lem, à B. Ignatio Societatis nostræ patente ex- erauit, vt aliquot è Societate Iesu mitteret, qui Neapolitani Collegij fundamenta iacerent egitque cum Prorege Neapolitani Regni, qui Petru- eo tempore erat Petrus à Toledo, vt idem per Tole- literas à B. Ignatio peteret, nosterisque cum P. P. Nicolao Bobadilla, uno ex nouem B. Ignatiis law- socijs, mense Ianuarii anni 1552 ab eodem B. basile Iagnatio Neapolim missos humanissimè exci- piendos curauit.

Ex eodem pitorum virorum sodalito anno Exbam 1588. nonnulli Sacerdotes viri, & genere nobis- dip. Orbi- les, & in cultu pietatis egregij, Religiosissimum Clericorum Ordinem institerunt Clericorum Regula. Regula- rum Minorum à Sixto V. confirmatum, iij Menses fuere Augustinus Adoratus Genuensis, Franci- cus Caracciulus, Augustinus item Caracci- lus Neapolitanus, qui Neapolita uita iam fami- lia celebre domicilium habest in æde facta B. Marie Majoris, quorum spectata virtus ei- dem Civitati Neapolitanæ, aliisque Viribus, ac Prouincijs, ad quas in dies propagatur, magno est tam exemplo, cum ornamento. Nam præter alias pietatis exercitationes, in perpetuam diu, noctuque orationem, succe- dentibus tibi in aicem eiusdem Ordinis Reli- giosi, coram facies sancta Eucharistia incum- bunt; quæcunque etiam ex præcripto Religionis eorum, vous pane tantum, & aqua vescent; aliis vero ciliicum ad carnem gestat. Alius dis- ciplina se ipsum diuerberat sic, vt nullus præ- tereat dies: quin eorum aliqui eisdemodi corporis castigationes subeant. Atque hæc omnia Neapoli ex sodalitate, quam vocant delib- shi ortum habuere.

CONGREGATIONVM. QVÆ NEAPOLI
in Societatis domicilijs habentur, nume-
rus, earumq; frudus.

13. **Q**uoniam vero præclaræ huic sodali- tatis in urbe Neapoli mentionem fa- cimus, non ab te erit hoc loco id quod sa- pra polliciti sumus, paucis subiecte, quæ quothe sodalitate hac vna in urbe Societas Jesu suis in domicilijs instituerit. Et quidem biennio postquam Patria nostra in eam vi- bem aduenierant, cum pietatis semina spar- gere iam coepissent, anno Domini 1554, die 14. Ianuarij à viris æstate provectionibus in- stituta est in Collegio nostro Congregatio Omne- que,

*Sed venient quædam, quæ nomen à veneratione sanctissimi
Sacramenti desumfit, quod eius sodales
sanctissimi crebram facienturum susceptionem Nea-
poli o. poli inducendam studeant: id quod Dei
Neapoli o. ope feliciter præstiterunt. Hanc Congrega-
tionem in tunc ex urbe B. Ignatius Societatis nostræ
Societas parens per literas laudauit, approbavit, suaque
antiquissime benedictione est prosecutus, eamque sic ap-
pellari voluit; quare Congregationum quæ
ego sciam, quæ in Societatis domicilijs sive
Romæ, sibi alibi habentur, hæc videatur omni-
num antiquissima: sed eam tamen non mul-
tis patebat aditus, sed pauci admodum, iisque
maxime probati admittebantur, quæ anno
1610. Sodalibus id efflagitantibus in Domum
Professam est translata.*

*Ceterum hac omitta, quæ è veneratione
sanctissimi Sacramenti, ut dixi, est appellata;
habet Societas nostra in urbe Neapoli, tum in
Domo Professa, tum in Collegio (præter illam
naturam ac pectorum, quæ est in Domo
Probationis, ut mox dicemus) Congregatio-
nes Beatae Virginis dicatas omnis generis, & æ-
tatis hominum non minori sodalium emolu-
mento, quam ciuitati bono, ad quindecim,
eisque frequentissimas, quarum singulis unus
saltus ex patribus præficit, in quibus sodales
numerantur his mille, & trecenti, & eo am-
plius: ex quibus innumeris ex lœculari ad re-
ligiosæ vitæ statum in varias religiosorum ho-
minum familiæ se transtulere.*

*14. In Collegio (quod in ea urbe multis ante
annis fuit, quam Profforum Domus fundata
est) Congregatio illa, cui ab immaculata
Virginis Conceptione nomen est inditum, o-
mnium prima fuit, quippe quæ anno 1574. die
13. Decembri est erecta: hæc scholastica cō-
stat ætate grandioribus, quos vocant studen-
tes. & vt omittam eos, qui ad Patriam reuerte-
runt, quorum numerus non facile iniri posset;
qui ad eam frequentes conueniunt (conue-
niunt autem ducenti circiter) iisque ex vniuerso fe-
re Neapolitano Regno studiorum causa Nea-
polim, confluent, & partim Theologæ, vel
Philosophiæ; partim Jurisprudentiæ, vel Me-
dicinæ dant operam; atque absoltis studijs,
vbi ad Patriam remigrarunt, suis monitis, &
prohibitatis exemplis populares omnes ad pie-
tatem inflammant. Nonnulli etiam Congre-
gationes instar huius Neapolitanæ apud suos
excitandas corant.*

In eodem Collegio duæ adhuc Scholastico-

rum juniorum Congregationes habentur, al-
tero anno 1579. instituta, altera vero aucto ni-
mis sodaliti numero sequentibus annis erecta.

*In hoc ipso Collegio sex præterea honesto-
rum Ciuium, partim mercatorum, partim vr-
bis opificum numerantur sodalitia, in quibus
maiores natu à junioribus, iisque etiam, qui in pie-
tate diutius se exercuere ab alijs tyronibus di-
versa constituant sodalitia, quorum omnium
sodales Dominicis, festiisque diebus hora me-
ridiana simili in Templo lectioi, qua capita
fidei explicantur inter sunt: hac absoluta ad
sua singuli se recipiunt sodalitia quæ anno
1582. magno hujus Ciuitatis bono inchoata,
breuissimo temporis spatio tanta sodalium
confluentum multitudine sunt auctæ, vt pec-
cularem Dei benignitatem hominum animas
sub Deiparæ patrocinio, cui hæc sodalitia
sunt dicata, ad se pertrahere volentis, omnes
agnoscere pariter, ac laudarent: & nisi loci
angustiæ & ratio ipsa Collegij, quod literarijs
exercitationibus ex instituto præcipue vacat,
vetuissent; in longè maiorem sodalium, & so-
dalitatum numerum excreuerint.*

*Adhæc in eodem Collegio Dominicis, atq;
festis diebus in quandam Aulam quampluri-
mi pueri conueniunt, qui centum & quinqua-
ginta circiter, & interdum eo amplius numeran-
tur, quibus recitatis Litanij doctrinæ capita,
& præcepta bene viuendi ab uno è nostris tra-
duntur: qui etiam si sodalitatis formam non
habent, sponte tamen sua magna cum rerum
spiritualium auditore gregatim è confluent.
15. Præter has, quas recensimus sodalita-
tes, aliud in eundem Societatis Collegio, sub ti-
tulo Purificationis Dei Genitricis, piorum ho-
minum est institutum sodalitum; qui Christia-
norum mancipijs Mauris, Turcis, Atticio-
pibus ex impura Mahometis se & ad Christia-
nam fidem traducendis operam suam omnem
ponunt. Hi enim huiusmodi infideles diligen-
ter inquirunt, ad nostros pertrahunt. Hi per-
se, uno ex nostris præside, in certum Collegij
locum conuenient, vbi sodalium munera ob-
eunt. In aliam verò proximam aulam, quasi
sub horum pia sollicitudine, ventitant tum iij,
qui ex mancipiorum genere, sacro baptisme
sunt iustrati; tum etiam Catechumeni: qui-
bus omnibus Christianæ fidei capita ab uno è
nostris memoriter edicenda traduntur, & ex-
plicantur ibi Neophyti instruuntur, vt in pie-
tatis studio radices profundiores agant: quæ-*

*Alia so-
dalitia in eo-
dem Colle-
gin Deiparæ
dicata.*

dam etiam pietatis officia, quæ in Sodalitatibus fieri solet, ab illis magno cum seruore præstantur. Et sanc*tus* fructus Dei, ac Deiparæ op*e*, non penitendus extitit: hoc enim proximo septennio ad trecenta circiter capita nostrorum opera sacrum baptisma suscepere. Atque ex his complures penitentiae & sacrofanie Eucharistie Sacra*m*a crebro usurpant.

Nec in postremis hoc charitatis opus Neapoli reponendum viderit; siquidem in lib*z* Re-

S. Brigitta vel, S. Brigittæ cap*z* 8. Bearissima Virgo in

Resolutio. ter peccata. quæ Neapoli fieri, & Christo valde displiceret testatus, primum illud fuit, quod multirnancia*p*ia sua ad Christi fidem traducere negligerent: vel si iam illam amplexati essent, in eadem instru*n*i non curarent. Ex quo facile colligimus quanta sit facienda pia hæc infideles ad Christi fidem conuertendi sollicitudo: quam Paulus V. Summus Pontifex ita probauit, ut suo diplomate anno 1605. mense

Pontifex. Cardinali Bellarmino hoc procu-

lis Bedar-

minus.

Paulus V. id magnopere commendarit; ad decen-

niū amplissimas indulgentias nominatum

concesserit, tum Sodalibus Oratorij Purifica-

tionis Neapoli erecti, tum etiam Patribus So-

cietatis, qui eius Oratorij curam habent, & Do-

minis etiam, qui sua mancipia, ut instruantur

edmittant.

Congrega-

tio Cleri. 16. Biennio antequam hæc ederemus, id est,

anno 1611. mense Julio in eodem Neapolitano

Societatis collegio, principium factum est Co-

ngregationis Clericorum sub titulo beatissimæ

Virginis Assumptæ, quæ breui in tantum so-

dalium numerum excœlit, ut sodales in præ-

fenti anno numeret plures quadringentis, in

his Neapolitan*i* Cleri Sacerdotes, quosdam

Præmarios, & Episcopos omnino quatuordeci-

tim, qui in sodalium album ascribi volueret; &

ad sodalitatem, quantum eorum occupatio-

nies patiuntur, veniunt: eius Congregationis

institutum est, Sacerdotes in modo iuuandi

proximos informare, quo majori cum mini-

strorum, ac populum profectu ea munera

obean*t*, quæ propria sunt Sacerdotum. Con-

munera, conuenient bis singulis hebdomadijs, uno die pro-

quo in hac festo à prandio, quo traditus modus recitandi

Congrega-

tione ex-

greeniur. Horas Canonicas, faciendo sacram, meditandi,

concionandi, docendi pueros, ac iude*s* doctri-

nam Christianam, audiendi confessiones: tra-

dendi alijs, & præfertim Monialibus exercitia

spiritualia: modus item instruendi Patresfa-

milias ad liberos, ac domesticos Christianos
moribus informando*s*, aliaque his similia per-
agendi, quæ ad Sacerdotis munus in anima-
bus iuuandi pertinent possunt. Altero die, Alio d*l*,
qui Dominicus dies esse sol*z* à prandio, (hoc lat*l*)
etiam tempus Clericis, ad conuenientum op-
portunum vi*sum* est, frequentant Sodalitum ex*temp*
ij tantum, qui aliquot ante admissionem di-
bus exercitijs spiritualibus exculti, formula
quam Propositi se toros B. Virginis ad iuuan-
dos ad æternam salutem proximos deouent,
suique oblationem Deiparæ fecerunt, ut pro-
preces Oblati vocentur. Itaque in hac præ-
ta Oblitorum Congregatione tria peragi so-
lent: unum est exercitii Sodales vmbatili
quada*m* specie, quæ paret ad monosierum
in concionibus, atque exhortationibus haben-
dis, in docenda doctrina Christiana, in modo
confessiones audiendi, & instruendi eos, qui
peccata confitentur, in expendo cetera
munia, de quibus in Congregatione publica
instructiones acceperunt. Alterum est per
quatam horæ partem varia mortificationum
genera obire, quæ valent ad homilitatem, ac
pietatem Christianam inferendam, ac conser-
vandam. Tertium est quadriantis item spa-
tio omnes simul aliquid pium meditari. Sec-
to autem quoque mense pietatem, ac spiritu
seruorem instaurare conantur: nam oblatione,
qua le Virginis deuinare renouant; premissa
confessione generali, quam ex generali vitâ
inchoant, cuius testimonium à confessario
scriptum exhibent. Credi vix potest quanu*s*
ex hac opera fructus cæperit existere. Plurimi
sodali*um*, qui tum ex Epicoporum, tum è Sa-
cerdotum exterorum numero Neapolis*duas* fra*nc*
Diœceses rediere, accensi desiderio iuuandi
I*suos* populos, renouarant in suis Vrbibus, &
Oppidis perutile doctrina Christiana exerce-
tum, inuexe*r* frequenter Sacramentorum v-
sum, Congregationes exerce*r* tum Laicorum,
tum etiam Clericorum. Neapoli autem à so-
dalibus qui ad confessiones audiendas sunt
approbat*i*, insuntur vinciti tum in custodijs,
tum in triemib*z*, & excoluntur adhortatio-
nibus, erudiantur Christiana doctrina, ex-
piantur penitentiae Sacramento. Mulierum
cœnobia, qua sermone, qua exercitijs spiritua-
libus, qua Religiosorum votorum crebra
renouatione, premissa confessione genera-
li, ad strictiore*m*, perfectiore*m*que viuendi ra-
tionem

tionem è suis confessarijs, qui hoc sodalitium frequentant, excitantur. Et sane in complurib^z ex Clero magna appetit sanctitas, magna in celebrandis Missis, in recitandis Horis Canonici pietas non abique magna populi adiunctione. Atque haec quidem initia spem omnibus faciunt fructus multò vberioris:

Congregatio
Ludi
magistri
rum Nea-
polis.

17 Mense Octobri in sequentis anni 1612.
in eodem Collegio instituta est Congregatio
Ludimagiſtrorum. Cum enim morum in
Christiania Republica renouatio maxima ex
parte pendeat ex bona puerorum institucione
, Christianus autem populus suos pueros
per Ludimagiſtros ferè instituere solet; quis
non videt quanti referat Ludimagiſtros pri
exercitiis excolare, eoque erudire in modo in
formandi pueros bonis moribus , ac pietate
Christianæ itaque in hoc sodalitio id potissimum
agit , vt Ludimagiſtri proficiant in
spiritu, Christianæ iuuentutis iuuandæ zelum
concipiant, discant variis modis quibus pue
rorum animis Dei cognitionem instillent,
malos mores ex eiusdem euillant, & imbuan
t ijs virtutibus , quibus cum robustioris etatis
fuerint, Christianæ Reipublicæ & adiumen
to, & ornamento esse possint. Adhuc finem
impressa est instructio quadam pro Ludima
giſtris , ex qua ferè iurumq[ue] exhortationes,
quaæ ad ipsos habentur in sodalitio , quaæ que
à sodalibus omnibus in suis scholis obseruari
debet . Et certe si huiusmodi cœptis annuat
Deus, quod speramus; non dubitamus fore, vt
breui maxima futura sit morum renouatio,
& aliae Vibes idem exemplum sint lecu
turæ.

*Congregatio-
nes B.
Virginia in
Domo Pro-
fessa Nea-
politana.*

18 In Domo vero Professa Congregatio, que ceteris in eadem domo praefat, est illa, cui B. Virginis Nativitas nomen dedit, nobis simis primarijque viris, atque ex ijs compluribus, qui Magistratum gerunt referuntissima, anno 1586. mente lanuario instituta. Haec praeter ea, quæ ad sodalium pietatem spectant aliaque cum ceteris Congregationibus communia, quibus apud alios Cives magnam probitatis opinionem eius sodales sunt consecuti, illud habet peculiare, quod ingenti pecuniae summa à sodalibus ultra corrogata, quæ ad duo circiter aureorum milia in singulos annos ascendit, pauperum hominum, & honestarum familiarium, quos à publice mendicando pudor arceret, transmissa ad illarum vique domos eleemosynas inopiam subleuant.

In hac ipsa Domo Sacerdotes, & Clerici ad suam peculiarem Congregationem, quæ mensa Februario anni 1593. est instituta pro festo hebdomadæ die (ne festis à Templo abesse cogantur) conuentiunt. Ad hæc doæ aliae Congregationes ad Domum Professam spectant hospitiorum Cuijum, tom eorum, qui aliquid munus in Curijs magistratum huius Regni exercent, & Curiales vulgus appellat, tum Mercatorum, vel etiam Viribus opificum. Alia denique famularum, qui quo tempore in Congregatione illa Virginis natae sui Domini detinuntur, ipsi quoque alio in loco ad pietatem instituuntur, & exercentur.

19 Ad extreum non est silentio præter. Nautariorum Congregatio Nautarum, ac Piscatorum, qui in eo suburbio Neapolitano degunt quod rum Conplaga maritima corrupto vocabulo *Chiaria* congregatio in vulgo appellat, & ad proximam Societatis Probationis Nostræ Probationis Domum, cui à Virgine nra Domo Annuciatæ est nomen in ea Ciuitatis regione Neapolitanam, quam *Egiam*, vulgo *Echiam* dicunt, tamen corripunt His Cœsariis mœsi Decembris.

conveniunt. Hæc Cogregatio menie Decemb.
anno 1609. instituta est cum eodem anno
propter rei familiaris angustias, quibus Colle-
gium Neapolitanum præmebatur, Nouitij
Massam ad tempus aliquod concedentibus ijs
ex nostris, qui Theologiæ dant operam, ad
eam Domum commigrassent; & ex eo loco in
illud suburbium, atque in alias Ciuitatis pro-
ximas regiones, Dominicis, Festisq; diebus tū
in plateis, tum in Templis doctrinam Christie-
nam tradendo, homines ad peccatorum pœ-
nitentiam invitando, quod Nouitij non ita
præstare poterant, de more excurrebant. Quæ
in re quantum Dei ope profeterint, restatur
magna hominum multitudo viuulque Iesus
hoc tempore ad Templum illud Sacraumen-
torum pœnitentiaz, & iunctissimæ Eucharistiaz
felicipendorum causa adcentum: proximo
enim fæto Pentecostes octingenti circuiti flue-
re, restatur & vitæ, ac morum in illis regionib;
non sine magna omnium admiratione in
melius facta mutatio. In Congregatione vero
Nautarum sodales numerantur ducenti, qui
in pietate adeo proficuum, ut multos jam an-
nos in iancita viuendi ratione le exercuisse vi-
deantur.

Atque haec de sodalitijs, quæ in domicilijs
Societatis Iesu Neapoli sunt instituta. Ex qui-
bus qui quis conjecturam facere poterit de
Congregationibus, quæ in varijs Societatis

tate non tantum in Europa, sed in Orientis, & Occidentis solis Indis plurimæ, & frequentissimæ habentur.

EPILOGUS TOTIUS OPERIS.

Totius operis conclusio. 20 **H**is igitur de sanctissimæ Virginis Deiparæ laudibus sub divini Throni typico adumbratae, atque de pietate, qua eam venerari debemus, vicinumque pertractatis, vela contrahentes vniuersæ huic disputationi *Bernard.* nem imponamus. Et si enim (vt rectè Bernardus ap. de das ait) non est, quod magis nos delectet; sed *Assumpt.* nec est, quod terreat magis quam de gloria Virginis Marie habere sermonem. Quod si quid boni ipsa Magistra in hoc opere de eius laudibus dictum est, in eam (vt par est) reficeratur: si quid vero nostra imperitia, ac ruditate minus dignum eius maiestate locuti sumus, veniam ab ipsa precamur. Inter ea illud suppliciter atque obnoxie te Virgo sanctissima rogamus, & oblecamus, vt hoc quale resunque nostrum munusculum, & dignitatem, ac pro meritis tuis longe impar obsequium protua benignitate fulcire non dedigneris. & quia Thronos es Dei, multis ei nominibus proxima atque auctoritate, & gratia apud eum polles maxima, quæ Matris & Aduocatæ nostræ nomen, ac monas sustinere non dedignaris, erga me, cætero que omnes famulos tuos monstres te esse Matrem. Fac o piissima Mater, vt re ipsa tantæ tuæ dignationis effectum in nobis experiamur. Quamvis enim non me lateat Virgo sanctissima egregie in nos obire te munera Matris, & vnicuique nostrum merito te dicere posse. Monstra te esse filium: nec enim me fugit (quid enim me fugiat cum in me ipse quotidie experiar) nos per augustissimæ Matris beneficentia, & amplitudine charitatis, pro nostarum virium imbecillitate filiorum partes minime sustinere, & propter nostra dementia indigos planè esse, qui filii tui nominemur, ac sumus. Velle namque Mater benignissima, vt tantum in nostris meritis esset ponderis, quantum est in

Precatio ad Virg. nsem.

Apoc. 4.

Monstra te esse matrem.

tua charitate momenti: memineris tamen Mater sanctissima, quando ex qua in lance non sumus dictum tibi prius fuisse: *Ecce fluvius iuuans*, quam Iohanni, *Ecce mater tua.* Quocirca ut b. Pippinus aberrantes nos, & à recto virtutis tramite ne nos per abrupta vitiorum longissime digressos fuimus querere, inuenire, & ad diuinorum mandato- rum viam caritatis tuæ nutu efficaciter reuocare digneris: vt ea saltem ratione nos tibi filios exhibeamus. Compatere Domina signum tuum, quod luteum, quod leue est, quod ad mala proclive. Connive tantisper in crassis nostris, purga nos apud eum, quem ob nostra demerita merito timemus, filium tuum Dominum nostrum. Tu enim es ipses unica pecunia: per te speramus delectorum vestrum, & in te beatissima nostrum est expectatio pre- sertim. Nos vero omnes (vt verbis vras ab Apostolo mutuatis, quæ & nostra huic de Throno Dei disputationi congruunt.) Adeamus cum fiducia ad hunc Thronum gratia Dei param scilicet, vt misericordiam consequamur, & grantiam inueniamus in auxilio op- portuno. Ipse enim ex Isaiâ, est solium illud in misericordia preparatum Agno dominatori Terræ, & sedebit super illud in veritate in Tabernaculo Davidi, iudicans & querens iudicium, & veloci- ter reddens, quod iustum est. ita apud Iiam. Qui ergo misericordijs premimur, & sumus virgi- mur, calamitatibus fluctibus vndeque iactamus, ad Matrem misericordiæ, quæ solium est in misericordia preparatum, in quo residet Deus pater misericordiatus, & Deus totius coniunctionis accuriamus; Deipara Virgo dum opitulante gratia seruos, ac filios obsequentes, minimeque degeneres ipsi exhibeamos illis nos nostraque liberalissimæ offerentes, eius efficacissimum, ac simili præsentissimum apud Deum patricium imploremus, vt eius beacio- ficio misericordianus tandem consecutio in Ce- lesti Patria Christum Iesum eius filium lauda- re, & benedicere & glorificare mereamur: cui sit cum Patre & S. Spiritu omnis laus, honor, gloria in secula seculorum Amen.

FINIS.

AXIS